

Georg Rudolph Böhmer

D. Georgivs Rvdolphvs Boehmervs Facvltatis Medicae Wittebergensis H. T. Decanvs Dissertationem Inavgvralem ... H. L. Q. C. Habendam Indicit Et De Foliis arborum deciduis ... Praemisit

Spec. I

[Erscheinungsort nicht ermittelbar]: [Verlag nicht ermittelbar], [1797]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn86334447X>

Band (Druck) Freier  Zugang




J. Roepke.

Roepke.


Bachmer de foliis deciduis.

Mai 1797.



Nc = 5915. 1. 2. 3.

Caps. Nc. 6



J. Roepke.

D. GEORGIUS RVDOLPHVS
BOEHMERVS

FACVLTATIS MEDICAE WITTEBERGENSIS

H. T.

D E C A N V S

DISSERTATIONEM INAUGVRALEM

DIE II. MENS. MAII MDCCXCVII.

H. L. Q. C.

H A B E N D A M

I N D I C I T

E T

De Foliis arborum deciduis

SPEC. I.

PRAEMISIT.

Nc. 5915. 1.

Caps. Nc. 6.

1. 1. 1840

D. GEORGIVS RVDOLPHVS
BOEHMERVS

FACULTATIS MEDICAE UNIVERSITATIS

IN T.

D. E. A. N. Y. S.

DISSERTATIONEM IN PHYSIOL.

DE H. MEN. ANN. MDCCCXXXI

R. L. D. C.

H. A. B. E. N. D. A. M.

INDICAT

ET

DE BELLE ARS MEDICAE

DEO I.

BRASILE

1. 1. 1840

1. 1. 1840

Cur Folia vnum, flores autem varios colores plerumque ostendant, explicatu difficillima est quaestio. Viridis est foliis fere proprius, vnde autem ille oriatur, nondum sufficienti modo est declaratum. ARISTOTELES, Oper. ed. du Val. Vol. I. p. 1209. eundem a Luce, siue potius radiis solaribus deriuare voluit, eandem factis probabilem sententiam defenderunt post Eundem multi, INGENHOVS, SENEBIER aliique, idque inprimis ideo, quia plantae virides, in obscurum locum collocatae, proprium hunc colorem amittunt et candidum recipiunt. Hoc vero non perpetuo fit. Experimenta a BONETO in vasis clausis instituta hanc mutationem non semper ostenderunt; hinc scripsit: *ich unterfange mich nicht, zu erklären, wie das Licht etwas in die Farben der Pflanzen wirken könne*, S. Abh. v. Blättern, S. 190. In fodinis quoque mineralibus profundis plantas, vel in iisdem sponte crescentes, vel in easdem translatas, viridem colorem retinuisse, obseruauit HUMBOLDT, ideoque limitauit hanc opinionem, et non a sola luce, sed simul ab oxygenio viriditatem deriuare voluit, prout nempe hoc principium vel a sole, vel ab hydrogenio liberatur. Oxygenium, fundamentum aëris dephlogisticati, est causa palloris, si vero hydrogenium in maiori copia praesens est, quam in aëre atmosphaerico, vti in fodinis, tunc per hoc oxygenii augmentum, sicuti alias ex defectu solis fieri solet, impeditur et hinc viridis color non destruitur. Vid. Eiusd. *Physiologie der Pflanzen*, p. 124. VSTERI *Annalen*, Part. III. p. 238. sq. ROZIER, *Journal*, 1792. Févr. no. 11. Conf. quoque merentur experimenta de negata plantis luce diurna instituta et descripta in Mem. de Math. et Phyl. préf. Tom. IV. no. 44. p. 617. nec non ea, quae de coloribus florum mutabilibus instituerunt MOVRROVX in *Melanges de la Soc. de Turin*, 1770.

p. 11. et GYROT, in obs. sur l'hist. nat. et peinture, Tom. I. p. 73. Verum enim vero neque sol, neque oxygenium pro vniuersali atque principali causa assumi poterit. Neque enim omnium plantarum radices ex defectu folis candidae sunt, vt Rubia, Anchusa, Daucus sativus docet, Betae rubrae radix horizontaliter dissecta circulos et rubros et candidos frequenter ostendit; neque omnium plantarum folia in naturali statu sunt viridia. Brassica capitata alba et rubra et crispa viridis, eandemque terram inhabitant, qua ratione igitur fieri posset, vt in vnâ radii solares fortius debiliusque agant, vel in vna Oxygenium, in altera hydrogenium abundet. Gemmae in Persica, vt et Hypocastano glutine quasi illinitae et clausae sunt et tamen in iisdem contenta foliola dilute viridem colorem habent; vid. DU HAMEL, *Naturgeschichte der Bäume*, p. 133. e contrario caules in ea parte, qua radiis folis magis sunt expositi, rubicundum adsument colorem, vt in Balsamina, Artemisia aliisque videmus, vid. LUDWIG Pr. de color. Plantar. p. 12. Magis adhuc dubiae redduntur hae causae, si illas consideramus plantas, quarum folia diuersum colorem possident, vt in Geranio zonali, praecipue in nonnullis Amaranthi speciebus, illa inprimis, quae propterea tricolor appellatur, et in sic dictis, ex accidentali causa natis, variegatis, quorum multa exempla in *Neuen Hamb. Mag.* Part. 88. p. 349. P. 115. p. 94. adducuntur, conspicimus. Etsi enim haec, vti et flores alieno et viridi colore tinctos, quales in Primulis frequenter inuenimus, pro morbofo statu habere vellemus, causam tamen nullam eruere valemus, cur albus et viridis color simul in vno folio adesse et cur Primulae flores viridem, rarissime in floribus praesentem, admittere et quotannis de nouo producere possint. De mutabili foliorum colore singulare exemplum legimus in *VOIGTII Magazin* Vol. IV. Part. 2. p. 177. de duabus, proxime sibi inuicem appositis quercubus, quarum folia in vna nocte candidum, vel potius niueum colorem recipiebant et successu pristinum iterum recipiebant. Multae praeterea sunt plantae, quarum folia viridia albo tomentoso tegmine inuoluta sunt, ideoque contrarium plane ratione causae coloris ostendunt; in viridem enim laminam parum admodum, vel prorsus non, in albam autem superficiem perpetuo agere potest

potest folis efficacia. An in hac oxy. in altera superficie hydrogenum abundet, determinari nullo modo poterit. Ideoque etiam cum WESTFELDIO admittere non possumus, tingentes particulas praeesistere, non vero a fabrica plantarum, vel aliis causis oriri. Vid. *Neues Hamb. Magazin* Part. IX. p. 240. Quid autem nunc de viridis foliorum coloris causa, nondum satis declarata monuimus, idem certe valebit de foliis cadentibus, siue respiciamus varium eorum colorem, siue causam, cur decidant.

Vegetatio ratione durationis triplici modo considerari potest. Aliae namque plantae brevissimam vitam ducunt et hinc dicuntur annuae, in his omnes pereunt partes et de nouo ex femine produci debent. Aliae vegetationem vel sola in radice, vel in radice et caudice simul continuatam ostendunt; ad harum vltimam classem pertinent frutices et arbores, quarum aliae folia viridia diu et per plures annos retinent, aliae vero eadem autumno amittunt et sequenti vere noua protrudunt. Hoc singulare phaenomenon, vt explicarent, physici, causam in autumnali frigore posuerunt, quo scilicet accedente folia vt plurimum decidunt, et si non statim cadunt, tamen marcescunt, viridemque colorem amittunt, etenim nunc vasa succifera coarctantur, accessus humorum cohibetur, hinc folia exsiccantur et decidunt. Conf. DU HAMEL, *Naturgeschichte der Bäume*, p. 141. et ex hoc *Forstmagazin*, Vol. IX. p. 214. IVNGII *Forstwissenschaft*, Vol. I. p. 45. Probabilis certe haec videtur ratio. Sempiterna enim fronde virentes arbores calidiores regiones inhabitant et hinc frigoris efficaciam non experiuntur. Verum inter indigenas quoque occurrunt nonnullae, quae folia retinent, et e contrario illae, quarum folia apud nos cadunt, si etiam in hybernaculis conseruentur, nihilo minus folia amittunt. Praeterea si calidior aestas praecessit, accidit saepe, vt folia integro mense citius decolereantur et decidant. Ideoque praeter frigus alia adhuc subesse debet ratio, cur aliae arbores folia retineant, aliae dimittant, eamque BECHSTEDT, *Land- u. Gartenbau*, Vol. I. p. 514. et MURRAY in gemmarum progerminatione imprimis collocarunt. Conf. Huius Tract. de natura foliorum de arboribus cadentium in Eius opusculis Vol. I. p. 105. Sempiterna enim fronde virentes nullas produ-



cunt in foliorum alis gemmas, sed sine his novas frondes et folia emittunt; quarum autem folia decidua sunt, aestate iamiam gemmas ostendunt, quae successiue increfcunt, succum, hactenus in foliorum conseruationem impensum, recipiunt, tandemque foliorum nexum cum ramis infirmioreni reddunt. Licet enim fasciculi fibrarum vel potius vasorum ex ramorum fere ligno ad folium deriuentur et horum ope nexus satis firmus perficiatur, ille tamen ab augmento gemmae et hinc facta fibrarum compressione et denegato vltiori humorum affluxu sensim imminuitur et tandem prorsus tollitur. Hinc etiam euenit, vt arbores, quarum gemmae vernali tempore cito euoluuntur, et hinc autumno maius iam acceperunt incrementum, cito etiam, aliae autem tardius, folia dimittant, immo in illis, quarum gemmae lente increfcunt, folia, licet marcida sint, tamen vsque in sequens ver adhuc persistant, vt in Fago Syluatica, Quercu robore, Carpino betula aliisque videmus. Est itaque singularis inter gemmam et folium consensus, atque LINNAEI aphorismus, *Gemmae vix frondescunt, nisi defoliata arbore, vel foliis ex climate mutationem passis.* Phil. B. p. 301. experientia confirmatur. Gemmarum incrementum ad petioli solutionem multum conferre, exinde etiam elucescit, quia folia eo tempore vt plurimum directionem mutant, a linea horizontali magis deflectant et apice suo dependere incipiant, vt variis exemplis declarauit et iconibus illustrauit MURRAY p. 123. Hinc etiam decidit petiolus cum folio et hinc quoque ille potius pars essentialis folii, quam caulis dici posset, quod vero in foliis compositis, et in specie pinnatis non semper euenit, dantur enim exempla, vbi pinnae siue foliola primum decidunt et petiolus communis per aliquot tempus adhuc cum caule cohaeret. Conf. MURRAY p. 126. Defoliatio etiam non in omnibus accidit eodem tempore, et, vt iam superius notauimus, illae arbores, quarum gemmae verno tempore citius euoluuntur, citius quoque folia amittunt, siue, vt LINNAEVS Phil. bot. p. 301. asserit, Gemmae annuo spatio praecociiores euadunt, exfoliata aestate arbore. Praeterea aëris temperies, natale solum, et plagae diuersitas, aetas, aliaeque causae efficiunt, vt tardius, citiusque eueniat foliorum delapsus. Conf. MURRAY p. 127 sq.

Subsi-

Subsisto hic, atque me conuerto ad Illum, cuius causa hoc
Programma conscripsi, nempe ad

NOBILISSIMUM ATQVE DOCTISSIMUM
MEDICINAE CANDIDATVM,

Cuius, quae fuerit vitae studiorumque ratio Ipse sic expressit.


*E*go, HENRICVS ANDREAS AVGVSTVS GVTMANN, natus Dresdae
d. 24. mens. Iunii ao. 1764. a Patre IOANNE FRIDERICO GVTMANN,
Hospite publico, adhuc, quod valde laetor! superstite; Matre vero BAR-
BARA SOPHIA, e gente LEONHARDINA, immatura morte, quod valde
doleo! iam diu mihi erepta. Quibus optime de me prae meritis parentibus
pias consecro lacrymas. Religionis christianae et quae ad litteras, ab hu-
manitate dictas, pertinent praeceptis, Schwarzeubergae ac Schneebergae
vsque ad annum aetatis meae decimum sextum mihi inculcatis, Pater me
Dresdani misit, ut Chirurgiam rite discerem a b. Gallo, Chirurgo in suburbio
Fridericiano. Triennio apud Illum consumto, statim frequentavi Lectiones
a Spectabili Collegio medico-chirurgico Dresdensi institutas, speciatim Ex-
perientissimorum Virorum iam defunctorum, PITSCHELII, MEIDERI, et
WAGNERI; adhuc viuentium HAEHNELII, DEMIANI, ac WILDII.
Anno 1786. mandatum mihi est munus Chirurgi militaris in Legione pedestri
Celsissimi Principis Saxonie Maximiliani, quo functus sum vsque ad an-
num 1796. Quoque commemorare debeo beneficia, quibus studia mea susti-
nuit, laboresque a me suscipiendos facilitauit Chirurgus summus commemo-
ratae Legionis Dn. PUTTRICH. Omnem enim in Medicina clinica acqui-
sitam cognitionem Eidem me debere, publice fateor, et propterea gratis-
simae semper menti inhaerebit Eius memoria. More consueto anno 1793.
a Legione Dresdam missus, ut ibidem denuo repeterem Collegia, iisdem Doctori-
bus usus sum, insuper quoque D. TITII Praelectiones in Materiam medicam,
Celeb. WEISSII in Artem obstetriciam, Dn. HEDENII, Professoris in Thea-
tro anatomico, dexterrimi demonstrationes frequentavi. Anno 1795. iterum
cum Legione, excubias agente, Dresdam veni, ibidemque rursus interfui
lectionibus, a Viris Celeb. iam nominatis, habitis, et chirurgicis operacioni-
bus,




bus, institutis a Dn. WILDIO, Chirurgo supremo exercituum Saxoniorum, et Dn. HEDENO, Professore. Cum laude a Legione ann. 1796. dimissus Vitebergam adii, atque ibidem in numerum civium academicorum a b. TITIO, tunc temporis Rectore Academiae Magnifico, receptus, lectionibus interfui, habitis a Praeceptoribus semper mihi Carissimis atque Aestumatisissimis, nimirum therapeutiis, Senioris Gravissimi BOEHMERI; physiologicis, botanicis, medico-legalibus ac anatomicis Experient. TITII; pathologicis et pharmaceutico-historicis Experient. KREYSIGII; Anatomiam theoreticam et practicam docuit Clariss. VOGT, Professor in Theatro anatomico dexterimus.


Feliciter sic studiorum suorum cursum emensus, adiit Ordinem Nostrum, decenter petens, vt in Numerum Candidatorum reciperetur, admissus ad examen satis nobis demonstravit, quam bene versatus sit in Medicina, ideoque dignus habitus fuit, cui liceret, Gradum Doctoris ritè assequi, honoresque meritos reportare. Fiet id die II. mens. Maii, quo Dissertationem, proprio Marte elaboratam: *de Metastasis lactis*, me Praeside publice defendet. Quem Actum solennem, vt MAGNIFICVS ACADEMIAE RECTOR, COMITES ILLUSTRISSIMI, PATRES ACADEMIAE CONSCRIPTI, GENEROSISSIMI AC NOBILISSIMI COMMILITONES, Sua praesentia, nobis honorifica, condecorare velint, omni obseruantia ac humanitate oro rogoque.







IOSEPHVS LYDOVICVS SCHMIDL, natus sum Dresdae anno 1772, parentibus adhuc, quod inter summa Dei beneficia numero, videntur nimirum IOSEPHO SCHMIDL, qui Celsissimo Principi Saxon. ANTONIO AERII cubiculariis est, et THERESIA, e gente BAVMGARTENIANA. 81. Pater me misit in Gymnasium Brixiense in Bohemia. Quae mihi consumpto, scholas Dresdanas frequentavi. Anno 1793. Wurzeudia altiora, imprimis medica, tractare incepti, ibique audiui Philo- apud Excell. REVSS, lectiones Mathematicas apud Excell. SCHWABE; apud Excell. EGEL; in Medicina autem usus sum doctoribus se- us, nimirum Illustr. SIEBOLD, Patre a Consiliis aulicis Princip. sui, anatomiam theoreticam et practicam me docuit, ducente simul HES- CHIO. Profect. Exper. b. SENFT, Vir mihi semper venerandus, addidit Physiologiam, Pathologiam, Semioticam, Therapiam gene- Chemicas lectiones debeo Exper. PICKEL, Pathologiam GVTBER- Medic. legalem, et HEILMANNO cognitionem Rei herbariae et Ma- medicae. Praecepta chirurgica audiui ab Illustr. SIEBOLD. Patr. que notitiam mihi colligerem medicinae militaris frequentavi Nosoco- strensia Exercit. Saxonico. ann. 1795. ubi Dumviri, Experientissimi castrenses Dr. RASCHIG et PESCHECK, commodissimam mihi luben- erunt occasionem laudes suas in praxi militari partas admirandi. autem castrensis Dresdam me mox relegavit, ubi in studiis continuuan- patum me tenuerunt lectiones Obstetriciae Du. WEISSII, Anatomicae HAEHNELII, et Dexterrimi Professoris HEDENII. Anno 1796. abii, ubi Viri Illustr. atque a Cons. aulic. LODERVS, STARCKIVS, PELANDVS theoreticam ac practicam Medicinam mihi proposuerunt,
pro



the scale towards document

Image Engineering - Scan Reference Chart - TE283 - Serial No. 011